



**Gilberti Cognati Nozereni De iis qui Romae ius dicebant olim,
deque eorum origine & potestate libellus. : praeterea De
Regis Angliae? diuortio sententia eiusdem ad clariss.
Iureconsultum Vdalr. Zasium. Vna cum aliquot De legali studio
epistolis eiusdem.**

<https://hdl.handle.net/1874/454787>

3
GILBER-

TI COGNATI NO-

ZERENI DE IIS QUI RO-

mæius dicebant olim, de

que eorum origine &

potestate libellus.

PRAETEREA

DE REGIS AN-

glie diuortio sententia eius

dem ad clariss. Iure consul-

tum Vdalr. Za-

fium.

VNA CVM

ALIQVOT DE LEGA-

li studio epistolis eiusdem.

BASILEAE

OLD BARR

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

STATION

DE IIS QUI ROMANAE

MAE IUS DICEBANT OLIM,

deque eorum origine & potestate

Gilberti Cognati

libellus.



Am primū omnium constat initio ciuitatis Romanae Reges omnem habuisse potestatem, omniaq; manu & arbitrio à regibus gubernata fuisse, ut etiam Pōponius de origine iur. te-

stat. Quod quidem arbitriū non tantū licentiæ obtinebat, ut Regi liceret etiam per uolentiam & sine iudicio id quod deberetur auferre. Nam initio ciuitatis ius litigantibus dictum fuisse, docet Zasius ad d. tit. de orig. iur. Licet non ea solennitate, uti post legem XII. tabularum seruabatur. Romulum etiam quos patres elegerat iussisse ut sacra curarent & ius dicerent. Id quod postea leg. XII. tab. fuisse immutatum probat Cice. lib. III. de legibus: tametsi non negetur cōtrouersias sepe numero regijs iussibus fuisse diremptas, sed citrà uolentiam: Regi enim æqua iubenti facile parebatur. Et in summa Reges illi, eandem in iure dicen-

A *

re dicen-

re dicendo potestatem habebāt, quam hodie principes Romani obtinent, quæ est ut sola negotij ueritate inspecta, parte Citata sine alio ordine Iudicario cognoscant. Deinde finem cōtrouersijs imponant, prout declarat Bal. in l. si. C. de legib. & in c. I. §. ult. de. no. for. fide. in usib. feud. & est tex in c. ad petitionem. de accusat. Iam uerò ij patres, quos etiā sub Regibus ius dixisse legimus, Senatores fuerunt, à Romulo primum instituti: ita enim Liuius in primo de Romulo ait: Cum iam uirum haud peniteret Consilium deinde uiribus parat, Centum creat Senatores, siue quia is numerus satis erat, siue quia soli centum erant qui creati patres possent. Patres certè ab honore, patricijsq; progenies eorum appellati. De his Senatoribus multa cognitu dignissima referri possent nisi immensam digressionem uitaremus: bonam partem uidere potestis per Budæum in suis Annotationibus ad l. ult. de Sena. Tantum uos admonitos esse uolo ne in eodem luto, in quo Accursius passim, hæreatis: Is enim in l. qui repudiantis C. de Inoffic. testam. in l. ult. C. de pet. hered. & in l. ult. C. de libe. præter. uel ex hered. constanter affirmat eosdem fuisse Centum uiros qui Senatores erant, & contra: In quo ualde is hallucinatur, cum inter eos ordines differentia fuerit. Senatores tantum curæ Reip. Centum uiri Iudicij præerant.

LIBELLVS.

De Senatoribus ita Cicero libro III. de legibus ait. Senatori necessarium est nosse Rempub. idq; late patet: Quid habeat militum, quid ualeat erario. quos socios Resp. habeat, quos amicos, quos stipendiatos, qua quisq; sit lege, conditione, foedere, nosse exempla maiorum: Ex quibus Cicero uerbis satis apparet litium cognitionem & Iudicandi necessitatem non fuisse muneris Senatorij, saltem post leg. XII. tab. ut prius annotauimus. A Cesare autem Dictatore oppressa Repub. languere Senatus auctoritas, ac deinde post Augustum interire etiam coepit, quemadmodum tradit Budaeus in d. l. Vlt. de Senat. tuncq; Senatorij muneris coepit esse reorum Iudicatio quae prius Centumuiralis tantum Iudicij notio erat. Quod quidem Iudicium à senatu aliud fuisse uel altero Ciceronis testimonio manifestè comprobatur. Is enim in Verrem act. ult. ad Iudicem loquens ita inquit: quo confugient socij? quem implorabūt? qua spe deniq; ut uiuere uelint, tenebuntur si uos eos deseritis? ad Senatum deuenient qui de Verre supplicium sumat? non est usitatum, non est Senatorium. Centumuiralia Iudicia à Centū uiris dicta sunt: electi enim erant ex Curijs Centum ad iudicandum, qui Cētumuiroi appellati sunt. Auctus est postea Centumuirorum numerus manente tamen semper nomine, diuisusq; in quatuor consilia. O-

stendit id Plinius Epist. lib. VI. epistola ad Romanum. Sedebant, inquit, Iudices centum & octoginta, tot enim quatuor consilij conscribuntur. etcætera.

His autem præerat Prætor ut ex eod. Plinio intelligimus li. V. epistola ult. his uerbis: Hoc factonepotis commotus Prætor qui Centumuiralibus præsidet deliberaturus an sequeretur exemplum inopinatum nobis otium dedit. De Præto postea uidebimus, iam ad alia secundum rerum ordinem successumq;. Exactis Regibus, duo Consules constituti sunt, penes quos summum ius esset: dictiq; sunt ab eo quod plurimum reipub. consulerent. l. 2. §. exactis d. tit. de orig. iur. & sic mutata est Regia dominatio in consularem potestatem, que ut Liuius in princi. lib. 2. ait, omnia iura, omnia insignia ex Regia potestate retinuit, nisi quia imperium consulare annuum factum est cum Regnum fuisset perpetuum, & quia fasces non utriq; simul sed per uices haberent: horum erat summa autoritas subq; eorum potestate & imperio prouinciæ constituebantur, suosq; proconsules habebant & ijs suos legatos: de quibus uaria & iucunda uidere Licet per totum titulum de offic. procons. & legat.

Porrò quum ipse quoq; Valerius Publicola, alter ex primis Cons. accerrimus regum hostis in
suspi-

suspitionē affectati regni uocaretur (ut sunt mutabiles uulgi animi) ne per omnia regiam potestatem Cons. sibi uendicarent, lata lege factum est, ut ab eis prouocatio esset ad populum trā, ne posset incaput ciuis Romani animaduertere iniussio populi Romani, cohercere autem & in uincula Publica duci iubere posset: author Linius lib. 2. & Pōponius in d. §. exactis, de orig. iur. Verum ea facultas eo pendeat, ut Senator iussu Cōsulis prehendi & in carcerem duci posset. Quo iure Cæsar tempore sui Consulatus in personam M. Catonis usum esse tradidit Gell. noct. attic. lib. 4. ca. 10. Deinde Censores agendo Censui ciuitatis constituti sunt: honor initio quidem spretus à Primoribus ciuitatis, qui tamen à parua origine tanto incremento auctus est, ut morum disciplinæq; Romanæ regimen apud eos esset, testatur Linius lib. 4. Censoris potestatis exempla habetis apud Gell. lib. 4. cap. 12. & cap. ult. & lib. 7. ca. ult.

Aucto postea populo cum crebra bella orientur, Dictatores creati sunt quibus ad tempus summa potestas credebatur: Nam ab eis prouocandi ius non erat, illis etiam capitis animaduertio permissa erat: ut d. tit. de orig. iur. Primum dictatorem creatum esse. T. Largium scribit Linius l. 2. cui cū secures præferri uiderent, magnus Plebem metus incessit, neq; ullum erat auxilium

nisi in cura parendi: quin & eam potestatem ip-
 sis quoq; hostibus magno terrori fuisse legimus
 apud eundem Liui: lib. VI. Neq; uerò prætereun-
 dum, quòd quæadmodum ante Reges exactos Tri-
 buni celerum Equitibus præerant ac secundum
 locum à Regibus obtinebant, ita ipsi dictatores,
 magistròs equitum sibi eligebant qui secundam
 post eos potestatem gererent, ut d. tit. de orig. iur.
 & l. unica ff. de offi. præfect. prætor. Tum uerò
 sicuti in dictatoris locum successit Romanis Impe-
 rator, Ita magistri equitum uice electus est à prin-
 cipibus præfectus prætorio, cui etiã data est au-
 thentia potestas, ut nec prouocationi ab eorum sen-
 tentia locus esset, ut uidere licet in d. l. unica & l.
 l. c. de sent. præse. præto. quamuis ab illis supplica-
 ri ualeat eadem l. i. Huius præfecti prætorio in-
 star esse Cancellariatum Franciæ Scribit Bude-
 us in d. l. unica. Sed tex. in l. episcopale. c. de epif-
 copali audi. Episcoporum iudicium per proroga-
 tionem electum sententiæ præfecti prætorio æ-
 quiparat.

Sed & Tribunus plebis in prima secessione ple-
 bis creatus est. d. tit. de orig. iur. Cum. n. plebs grã-
 di ære alieno premeretur, & creditores nimium
 seueri in eos essent, ultrò à potestatibus ac urbe
 secesserunt. Cuius reuocandæ gratia Tribunus
 illi permissus est, quo interrogante plebiscita con-
 stitui

stitui solebant, ut habetis in *S. plebiscitum*, *Insti.*
de iur. naturali, genti. & ciuil. quæ & tribunitiæ
leges appellari possunt. Creati autem sunt Tribu-
ni contra uim magistratum plebis tuendæ gratia.
Hinc Liui: lib. III. Tribunitium auxilium & pro-
uocationem, duas arces libertatis tuendæ appel-
lat: horum intercessioni parendum erat, diceba-
turq; illorū auctoritas sacrosancta, quā in ordinē
cogere uel ei imperare nemini licebat. testatur
Plinius lib. 1. epistola penult. Et ob id legimus Im-
peratores Romanos tribunitiam potestatem as-
sumere sibi solitos, ut augustiores se & Sacrosan-
ctos facerēt. Id quod numismata sepius ostēdunt.
Id scribit Suet. in Augu. Dicti autem sunt Tribu-
ni plebis à tribub. solebantq; tres creari quod cū
populus in tres partes diuisus esset ex singulis sin-
guli petebantur d. tit. de orig. iur. Porro Tribuni
pleb. nō iuri dicendo, nec Causis quærelisq; de ab-
sentibus noscendis crebātur, sed intercessionib.
faciendis, ut iniuriæ quibus præsentis fuissent ar-
cerentur, & ita præsentium oculis opus erat: Vn-
de nec in ius uocādi potestātē habebāt, tæetsi pre-
hendi, in uincula publica ducendi, & coercen-
di summā auctoritatē habuere: tradit Gell. nocti.
acti. li. 13. cap. 12.

Tribunos sequuti sunt Aediles, quorū partes
 erant sacrarum publicarumq; ædium & locorū
 A s curam

curā habere d. ti. de or. iur. Sed et ad eos in edē Ce-
 reris deferebātur Senatus consulta, et omnia que
 pro legib. haberētur, ne scilicet arbitrio Cōsulū, ut
 antea factū erat, supprimeretur. istud aperit tex.
 in d. ti. de or. iur. et Liu. l. 4. ab Vrbe cōdi. Horū etiā
 partes erāt, uidere an mensuræ publicæ equæ uel
 iniquæ essent, prout sūere possumus ex l. itē qua-
 rit. §. Si quis mēsuras ff. locati. Porrò quāuis magi-
 stratus imperiū aut cohertionē habēs in ius uoca-
 ri nō posset, l. 2. de in ius uocā: poterat tamen edī-
 lis in ius uocari, ut docet Gell. li. 13. cap. 13. Et tex.
 in l. Lectos cum duabus ll. seqq. de pericu. Et com-
 mo. rei. uendi. huius rationem ex M. Varrone tā-
 lem affert Gell. cod. ca. 13. quōd qui potestatem ne-
 que uocationis neq; prāhensionis habent, eos ma-
 gistratus a priuato in ius quoq; uocari est potestas.
 Cui etiā alludit tex. in l. 1. ff. de in ius uocādo. Adī-
 les autē Et quæstores neq; uocationem neq; prā-
 hensionē habuisse liquet ex 12. ca. eiusd. li. 13. qua-
 propter nō mirū si in ius impune ediles Et quæ-
 stores uocari possent. Ex quo intelligimus ediles
 fuisse Rōæ inter minores magistratus. Verū que
 diximus, de plebis edilib. accipiēda crediderim,
 ne obstant uerba l. quintæ tit. de uerbo. obliga-
 quæ dicūt edilicias stipulationes appellari quoq;
 pratorias, quoniā hæ etiā à iurisdictione ueniāt.
 Nam Et tex. in §. pratoriū, institu. de iure natu-

rali genti. & ciui. ostendit, ediles curules edictum proponere solitos de quibusdā causis, quod edictū iuris honorarij sit portio. Itaq; sciendum est duos fuisse ædiliū ordines, alter Plebeius seu popularis magistratus erat, de quo superiora intelligimus: Alter iuridicēdo præerat à sella, cui insidebat, Curulis appellatus: Cuius meminit Iuriscōsultus in d. l. quin. & tex expressè de ædili Curuli loquens declarat quodnam edictum proponere sit solitus.

Fuerunt præterea duplicis generis quæstores, quidā. n. quæredæ & cōseruādæ pecuniæ publicæ causa creati erāt, quorū antiquā originē uidere licet in l. unica. de offi. quæsto: horū nōnulli rē militarē comitabātur, & cū imperatorib. popu. Ro. putā cōsulib. aut prætorib. mittebātur ad administrādā rē pecuniariā, & prædā, & manubias in Rationes publicas referēdas. Idq; est quod iuriscōsultus in d. l. unica de offi. quæsto ait, eos prouincias sortiri solitos. Nā cū imperatore belli cōmune prouinciā sortiebātur et discrimina bellica obibāt. Alij Urbani quæstores dicebātur, de quib. in sepius alle. tit. de or. iur. ij. n. ærariū curabāt eiusque pecunias expēsas & acceptas referre in tabellas publicas consueuerant: Tum etiam eorum erat officium, legatos aut reges Romam uenientes pro dignitate Populi Ro. excipere, donis pro-

sequi

sequi, egrotos curare, & si quando uitam cum morte mutarēt, sumptu publico scpelire. Alterius generis quæstores parricidij nominabantur qui causis capitalibus præerant, de quibus in d. tit. de orig. iur. Et quia dicebantur etiã iudices quæstionis, ut ait Iurisconsultus in l. 1. §. 1. ad l. corne. de sicca. Querere enim est informationem (ut aiunt) facere & legibus uindicare, ut per tot. titulum de quæstio. Porro quòd parricidij quæstores appellabantur latius accipiendum est. Istic enim parricidium pro homicidio sumitur, cum tam à patri quam à patre dici possit: quamuis hodie parricidium ad certas species coherceatur. ut ff. ad l. Põpei. de parrici. Quòd autem superius dictum fuit ex Gell. Quæstores in ius impune uocari potuisse, accipiendum opinor de primi non etiam secundæ generis quæstoribus. Cum illi nullam cohercionem, isti plurimam habuerunt, ut per d. l. 1. ad l. corne. de Sicca. & per totum titu. de quæstionibus comprobatur. Porro quæstoribus parricidij custodiam habentes, cum animaduerti oporteret tanquàm executores ministerio carnificum utebantur, ut habetis in d. tit. de orig. iur. Fuerunt autem & alterius generis Triumuii, scilicet moneuales de quibus in d. tit. de orig. iur. quorum meminit Fenestella cap. 16. & Reip. constituendæ.

Idem Fenestella ca. 12. & passim apud Tranq.

Illud uerò notissimum est, prætorē ius in Vrbe dixisse: Creatus est enim prætor quadam urgente necessitate. Nam cum bellis finitimis Coss. auocarentur neq; esset qui in Ciuitate ius redderet, constituti sunt Prætores, alter Urbanus qui in Vrbe inter ciues, alter peregrinus qui inter peregrinos ius dicerent ut sæpius allega. tit. de orig. iur. Prætoris tanta potestas erat, ut iuris condendi abrogandiq; haberet auctoritatem, idq; propter publicam utilitatem, ut aperit Iuriscons. in l. ius autem. §. 1. de Iusti. & Iure, & fusius Fenestella c. 19. Prætoribus autem propter bella absentibus, Decemuiri (quos litibus iudicandis constitutos esse scribit Pompo. in d. tit. de orig. iur.) 1. Centumuirali iudicio præerant, quemadmodum eleganter & acutè, ut omnia, tradit Dominus Zasius in suis Scholijs ad d. tit. de orig. iur. tametsi quod ad Decemuiros attinet diuersum opinatus fuerit doctissimus Budæus: Nam ut Domino Zasio non etiam Budæo hac in parte subscribam, inducunt me quæ Fenestella Scribit de Mag. Ro. cap. 24.

Neq; uerò prætereundum est quod legimus etiam prætoribus absentibus, præfectum Urbis constitui solitum, qui ius in Vrbe diceret: Nam illius officium à Decemuiris qui prætoris loco præerant, distinguebatur. Huius enim fidei Vrbs ipsa particu-

particularius cōmittebatur, etiamsi in uarijs casibus eius diceret, ut legere licet in l. 1. de officio praefect. urb. Quam legem sumptam opinor ex Fenestella capit. 6. de mag Ro. Præter eum praefectum alios constitutos legimus, quales qui annonæ praefectus dicebatur, Item Vigilum praefectus, de quibus in d. tit. de orig. iur. & de posteriore in toto titu. de officio praefect. Vigilū. Erat insuper praefectura militaris rei perficiendæ fabrorum, & id genus alij. Refert Fenestella ca. 15. & 25.

Fuere & alia quædā officia quæ uolens prætereo, maxime quod nonnulla fuere quæ iniussu præterq; Senatus auctoritatem quisq; non dicam sortitus fuerat, sed per dominandi libidinem arripuerat. Ea officia tirānides potius quàm magistratus aut potestates appellari debent;

FINIS

SEQUITVR

DE REGIS AN
glæ diuortio.

GILBER.

85

GILBERTVS CO

GNATVS, NOZERENVVS

Vdalrico Zasio Clariss. Iuris-
consulto. S P.

DE regis Anglorū negocio ob id, opi-
nor, me cogitare uis, quod Iurecon-
sultorū ordini nomē aliquādo dede-
rim. Nemo certē quid factō opus sit,
te melius nouit singulari prudentia sapientiaque
uivum, *ἡ δὲ κοινῶν ἀντὶ ἀξίον ἀλλωρ*. Verum quan-
do tibi nō paruissē piaculū ducō, quid sentiā pau-
cis accipe. Nō ignoras, mi Zasi, uulgatā illā de ma-
trimonio cōsumato uel nō cōsumato, iurispōtifi-
cij interpretū distinctionē, hic pōtifici potestate
dirimēdi, illic nō itē faciētū: cuius distinctiōis ra-
tiones mihi nō satisfaciūt. Videntur. n. coarctio-
res, præsertim cū ab Vlpiano didicerim: nuptias
nō cōcubitū, sed cōsensum facere. Me æq; hæsitati-
onis causas adferre, nisi te *ὁμόψυχον* haberē, tam
absolute ea de re in tuis Lucubrationibus disserē-
tē. Et sanē cōmunē illā distinctionē ab omnib. etiā
Iuris interpretib. nō fuisse receptā, Petr. Anchora
nus indicat, qui ante annos plus minus cētū à rege
Anglorū de ducēda patruī uxore cōsultus, pōtifi-
cē in omnib. præterquā in articulis fidei dispēsā-
di, ut suo uerbo utar, facultatē habere respondit.

Quid

Quid quòd & Marianus Socinus pontificem, et
 quam fori pœnitentialis præsidem, nuptias quas
 se iuuenis non contrahendi animo, sed amoris
 impotentia celebrasse prætexebat, post diutinam
 etiam cohabitationem, dirimere posse pronun-
 ciat? Possem eius generis complura adferre, nisi tibi
 huiuscemodi nec audire, nec mihi scribere uacua-
 ret. Ne plura, dum nihil nõ suo pontifici tribuit,
 quid non poterit? Præsertim cum Anchorani do-
 ctrinam Felinus Decius, & pleriq; ex recentio-
 ribus tanquàm ex tripode profectam, candidio-
 req; lapillo signandam putauerunt? Si ego in id
 genus speciebus sententiam rogarer, uideo Chri-
 sti canonem habere: Quos deus coniunxit, homo
 ne separet, quo nisi fallor, non tanquàm Lesbia
 norma utemur ad arbitrium nostrum inflecten-
 tes, quin potius omnia nostra ad hunc exigemus
 expendemusq;. Vnde responderem omnem pon-
 tifici, posteaquam matrimonia ritè coierunt, po-
 testatem ademptam, nisi magna aliqua iustaq;
 causa diuortium pro suo iure exposceret. De his
 nemo Erasmo nostro aduersus Leum, & multis
 alijs in locis absolutius scripsit. In proposita sane
 specie, Rex publicæ tranquillitatis conseruandæ
 causa diuortium meditatatur. Vereor, mi Zasi, ut
 iusta diuertendi causa sit, quæ ut alia præter eam,
 tam incerta est, nihilq; solidi in recessu habere ui-
 detur.

detur. Quid si sponsa futura sit sterilis, quid si
 non editura maritum? aut etiam si edat, an qui se proximi-
 mos in successione uidebunt, propterea spem abij-
 cient? De uoce porro, qua se nunquam adfectione
 maritali coniugem amplexum propalam profes-
 sus est, nescio quid dicam. Ut ea suam intentionem
 non adiuuit, ita uxoris pudicitiam, & in primis
 filiae natales insigniter traduxit. Præterquã quod
 uulgatissimum iuris axioma habemus, Propositum
 in mente retentum nullius esse momenti. Quis ma-
 ritalem animum non adfuisse dicet, quã cum om-
 nia nuptiarum solennia publicè intercesserunt,
 & qua cùm tot annis sine offensa uixit? Fac in pri-
 mis minoreni metu, ut contraheret, adactum: fac
 tutorum technis circumscriptum. Sui certè iuris
 factus rerumque potitus, nisi eam pro iusta uxore
 agnouisset, tum diuertendo ut sibi suas res habe-
 ret nuncium, quemadmodum Iureconsulti loquuntur,
 remissum oportuit. Qui porro uxor & filia
 ob hanc confessionem in integrum restitui possint,
 tue prudentiæ cogitandum relinquo. Fateri eam
 uocem per imprudentiam excidisse, Regium non
 est, si modo hi humani Ioues quàm potentia, tam
 ceteris prudentia præstare debent. In pectore pro-
 fecto non in ore natam uel inde apparet, quod ea
 huncupatim institutum suum plebi probabile fa-
 cere instituit. Posteaquam totius negocij cardo in-

quærendo filio regni successore uertitur, est pro-
 creandi filios modus olim Græcis, dein etiam Ro-
 manis usurpatus, nempe per adoptionem. Et quo
 magis tumultus excluderetur, quid si magnatum
 & plebis consensu, uel generum, uel ex filia ne-
 potem, uel etiam extraneum aliquem in locum
 filij rex adoptaret? Publicus fortassis magnatum
 regni iuxta & plebis consensus semel interposi-
 tus, tumultuaturis obstaret. Per adoptiones autē
 successores quærendi ritum Romanis principib.
 usitatissimum fuisse non ignoras. Sic Octauius Ti-
 berium, sic Hadrianus Antoninum Pium: rursus
 Antoninus cum stirpem uirilem non haberet, Cō-
 modum, ut infinita exempla præteream, adopta-
 uit. Fieret id maiore fortassis regni bono, quod
 genuerimus filium an elegerimus multū interes-
 se solet. Natura qualem dederit accipiamus oportet,
 adoptione, filij pro regni commoditate ac uo-
 luntate assumuntur. Quod si rex diuortio coniu-
 gem omnino res sibi suas agere uelit, Pontificem
 benignum futurum non dubito, nisi Cæsaris auto-
 ritatem reuereatur. Vtcunq; negotium cesserit,
 confessionem frequente concione emissam, mag-
 no redemptam oportuit, qua filiam contra pietatem
 paternam, macula tantum, non ineluibili de-
 formauit. Verū ἡ λαὸν καὶ εἰς ἀθίνας, qui ad te hæc
 Superioribus adderē si Damis essem: priore uxo-
 re retinē

DE DIVORT.

as

re retenta nouam etiam superinduci posse. Nam
ut in ueteri testamento πολυγαμία patriarchis
fuit usitatissima, ita in nouo non inueniri prohi-
bitam, is in suis in libros Mosis commentarijs do-
cuit. Tu meum tibi morigerandi studium boni cō-
sulas rogo. Bene uale Clarissime Zasi, pa-
trone incomparabilis. Ex ædi-
bus Erasmicis.

B 2

DELE

20
DE LEGALISTV
DIO, GILBERTI COGNA-
ti Nozereni epistolæ.

GILBERTVS COGNATVS

Nozerenus Ioanni Metello & Se-
bastiano Rosa-
rio S.



NONVS iam agitur annus, cō-
stantes & perpetui amici, quōd
intermisso legum studio, cui nun-
quā sesquiannū totū uacauī. *ἐπι-
μαχέλος*, omnē operā ad Christi
disciplinā atq; medicinā cōtuli. Et tunc quidē a-
tas nostra (quæ adhuc intra eos annos cōsistebat,
quib. prætor restitutionē in integrū concedit) iu-
dicio carēs, quid deligere, quid uē imitari, aut quo
modo deberē despicere, nondū permittebat. Itaq;
frustra uidemini à me uiam petere, quæ mihi ipse
nunquam perspecta cognita uē satis fuit. Ne ta-
men ab amici officio discedere omnino uidear,
quid sentiam quamq; rationē olim sequutus sim,
paucis aperiam. Vbi enim ad ius discendum adij-
cere animum cœpi, offensus non nihil barbarie
impoli-

impoliticeq; eorum quos tamen uidebam rerum
 cognoscendarum causa non posse omnino con-
 temni: fortè mihi uenit in mentem, ut mecū quod-
 dam studendi genus instituerem. Nam quā etiam
 interpretum prolixitas fastidium mihi moueret,
 & miram breuitatem, meramq; quandam Latini
 sermonis elegantia in Iurisconsultis animauer-
 terem, ex quorum libris Pandectæ sunt consarci-
 natæ, tum quoq; in ueterum Imperatorum consti-
 tutionibus, qui *σύντομοι* fuere Iuriscōsultorum,
 & quorum in legibus ferendis concipiendis que
 consilio & stilo utebantur: cepi consilium, ut quæ
 in scholis audirem, uel quæ legerem præcipuè a-
 pud Bartolum interpretum *νοσηφάσιον*, ea trans-
 ferrem in eam rationis formam, qua ueteres il-
 los usos uidebam. Mouebat me etiam ad hoc in-
 stitutum persequendum, quod ipsos item Iuriscō-
 sultos fecisse ex eo colligebam, quòd tanta esset
 in eorum responsis æqualitas, ut uideri possent
 omnes in eodem ludo docti: uel ut totæ Pandectæ
 ab eodem scriptæ censerentur, si nominum in-
 scriptiones essent sublatae. Arguta etiam illa bre-
 uitas, oratioq; & si non redundans, plena tamē,
 perspicua, propria, puraq; maxime mihi legum
 interpretationi conuenire uidebatur: in qua id
 tantum requiritur, ut ratione uel autoritate a-
 liqua legis, quid iustum, quid æquum & bonum,
 quidq;

quidq; contrà sit, doceamus. Et hac quidem ratione aliquandiu sum usus etiam, cum Iustiniani institutiones mihi legerem, quæq; ad illas sunt à diuersis interpretibus annotata, exercitationis gratia breuius puriusq; exprimere, atq; ad Iurifconsultorum stylum reformare conarer. Hic uerò labor in hoc certè mihi profuit, quod commentatione quotidiana stylum aliqua ex parte emendauerim atq; confirmauerim. Tunc igitur superficiem & cutem tantum intuius sum, neglecta carne & succo. Nunc uerò, si huic discipline animum rursus applicare uellem, primo anno circa legum contextum tantum consisterem: postea in uulgarium quorumcunque interpretum commentaria penetrarem: quæ & si barbarè scripta sunt, ad rerum tamen cognitionem explicationemq; de quibus in iure agitur, plurimè sanè conferant, tum in certos quosq; locos, quid de quaq; re apud eos scriptum reperitur, redigerem. Prudentem Vlysses prædicant poëta multorum hominum mores quòd uidit & urbes. Nos eodem modo arbitramur legum intelligentiam ex multorum sedula lectione, & crebra doctorum auditione parari.

Habetis candidissimi amici, quid fecerim, quidq; facturus essem, ad iuris studia animè contendens. Cæterum quoniam citra exactam historiarum

riarum ueterum cognitionem (uti non parum
 multi, & quidem maximi nominis interpretes
 iuris Ciuilis testantur) intelligi non possunt un-
 quã iuriconsultorum scripta, maxime ea quæ
 in titulo de Origine iuris, à Pomponio tradun-
 tur, Commentarios in hunc pulcherrimum titu-
 lum elegantissimos atq; doctissimos ab Antonio
 Garrone, uiro linguæ Romanæ candore ac iu-
 ris sapientia illustri, olim scriptos, & nuper in
 Italia repertos, atq; à me tandem non sine magno
 labore ex autographo descriptos, Ioanni Opori
 no diligentissimo typographo (qui & Græcos &
 Latinos libros, qua est cum utriusque literaturæ
 eruditione singulari præditus, tum elegantiß. cha-
 racteribus, instituta ad hoc nuper ad eod. officina
 propria, instructissimus) excudendos, in publi-
 cumq; extrudendos dedi: indignum, minimeq; fe-
 rendum ratus, hos tam mirè utiles iuris studiosis
 Commentarios in obscuro tot annis esse, in qui-
 bus quàm fieri potest breuissimè & planissimè iu-
 ris Ciuilis historia explicatur. Tibi uerò Metel-
 le eruditissime, & tibi Rosari charissime, hos si-
 mul inscribere consilium fuit, ut quando uterq;
 uestrum certatim de me bene meritus est, & e-
 tiamnum bene meretur, uterq; etiam uestrum si-
 mul à me grati animi monumentum & pignus
 perpetuum accipiat. Dubium enim non est, quin

magnum ex his fructum accepturi sitis, & iuuentus quoq; historiarum rudis egregiè iuuari possit. An autè aliquid ad plenū in hunc titulū ante Garronis nostri cōmentarios scriptū extet, mihi nōdū certò cognoscere cōtigit. Extāt eruditissima Vdalrici Zasij, magni illius iuris ciuilis ornamenti, præceptoris nostri, Scholia, scio, sed à quindecim annis nata. Iā restat aliud nihil, nisi amicos salutare. Vos igitur magnopere rogo, ut clarissimos senatores, D. Henricū Colinaeū, auūculū meum undequaq; doctissimum: & D. Ioannem Mauricianum, singulari quoq; doctrina præditū, meis uerbis reuerenter & diligenter salutetis. Renatum itē Perrotum multi nominis & magnæ eruditionis medicum. Tum facite, ut Ioanni & Nicolao Fauchijs, doctoribus omni laude dignissimis, sim cōmendatissimus. Eadem opera uicissim meo nomine salutem annunciabitis, utriusq; iuris doctoribus, Vauchardo, Chuppino, & Baldo, multis mihi nominibus charissimis. Neq; præteribitis Claudium Lesmæum, à primo ætatis gradu summum amicum meum. Eximio uiro D. Benedetto Marino, Fiscii procuratori, scribā siquid erit ocij. Valete benè, candidissimi amici, & uiuite felices.

Ex Nozereto, octauo Calendas Martias,

anno Salutis reparatæ M.

D. XXXVI.

D. GILB.

D. GILB. COGNATVS

Anatolio Frontino S.

Nos summo tuo desiderio primo quoque
 ad reuerendiſſ. Balmaeu nuncio ſatisfacie
 mus, ſtadiumq; omne pollicemur, atque
 de euentu bene ſperamus. Sed interim quid te fa
 cere uelimus, tuus perſcribet patrius, Cognoui
 praeterea ex tuis literis, quod incompertum mi
 hi antehac fuerat, te ad Legum ſcientiam omne
 tuum ſtadium conuertiffe. Equidem tuum probò
 conſilium, quod relictis Academia umbraculis in
 clamor ſum forum uelis transfugere: uerum inte
 rim philoſophiam nunquam à te poſthabendam
 cenſeo. Nam iuris ſcientiam eiufmodi eſſe opi
 nor, quæ cum noſtræ regionis homines maximè
 deceat, tum philoſophiæ & eloquentiæ admini
 culo potius ſit, quàm impedimento. Nullum eſt
 enim diſciplinæ genus alienū à philoſophia, præ
 fertim id quod ad leges & inſtituta maiorū per
 tinet. Quum turpe ſit unicuiq; homini, nedum
 philoſopho, ignorare quibus legibus ſit uiuen
 dum. Neq; exiſtimo id ſtudiij te totum uſquè adeò
 occupaturum, ut ſuam partem cæteris non re
 linquas. Eſt enim parui negotij res, & quæ pau
 cis contineatur, modò cum frugalitate pruden
 tiaq;

tiaq; tractetur: atq; in primis non ad quæstum,
 sed ad communem hominum utilitatem diriga-
 tur. Nam eorum, qui primi leges condiderunt,
 non id præpositum fuit, ut lites ex litibus seve-
 rent, sed ut eas tollerent, paci; & quieti consu-
 lerent publicæ. At postquã in animos Iurisconsul-
 torum irrepfit auaritia, posthabita legum puri-
 tate & planitie, omnia quæstiunculis inuolui &
 implicari cœpta sunt. Hinc uariæ atque interdũ
 contrariæ legum fluxere interpretationes. Hinc
 immensa scriptorum uolumina, in omni re, uel
 apertissima, tenebras offudentium, ut ignara
 plebs eos tanquã oracula consuleret ac uenerare-
 tur. Sæuijt autem hæc lues non modò in legum di-
 sciplinam, sed etiam in Philosophiam, quæ (quod
 scis) iamdiu contaminata barbarie nihil fere pri-
 stinæ dignitatis agnoscebat. Etenim memini me
 audire Aristotelem, sine Aristotele profitentes.
 Quum noui quidam philosophiæ corruptores
 omnia suis ineptijs referfissent. At nostra etate
 beneficio Græcarum literarum, quæ longo in-
 tervallo restitutæ sunt, pristinum in locum resti-
 tuti cœpit Philosophia. Atque illi ipsi ueterũ Phi-
 losophorum contemptores, qui antea in scholis
 uerbum nullum nisi incultum et barbarum agno-
 scebant, modò Aristotelem sua lingua scriben-
 tem, Græcosq; interpretes lectitare non per-
 horres-

horrescunt. Ut sperandum sit, pace Galliarum
 perdurante, breui suum ornatum ac nitorem re-
 cuperaturam philosophiam. Quod ut Legum di-
 sciplinis eueniat, summa ope nisi sunt Alciatus,
 Budeus, Viglius, Haloander, Zasius, Balduinus,
 Iurisconsultorum nostræ ætatis eloquentissimi.
 Erit profecto is labor tibi homini. mitioribus as-
 sueto studijs multò maximus. Cui enim urbano
 uiro non stomachum moueant tot barbara uer-
 ba, tot inutiles controuersie, tot contrariæ sen-
 tentiæ, quibus recentiores Iurisconsulti sanctissi-
 mas leges foedarunt, atq; inuoluerunt? At ea qua-
 liacumq; sint, non omnino præmittenda sunt.
 Eò enim deducta res est, ut qui de controuersijs
 iudicant (Heluetios excipio) ea sequantur, eisq;
 non minus, quàm ipsis legibus deferant. Quare si
 quis nudam ueterum legum notitiam in iudiciũ
 afferat, is ab eo, qui controuersum ius nouerit, fa-
 cile implicabitur, hærebũq; in omni interroga-
 tione, ac ineptus iudicabitur. Contrà uerò, negle-
 cta Legum simplicitate & æquitate, inania legu-
 leiorum somnia consecrari hominis est abuten-
 tis ocio, suisq; rationibus male cõsulentis. Itaque
 cautè tibi & suspensio (ut aiunt) gradu, per ue-
 pres ac dumos incedendum est. In quo te non pa-
 rum adiuuabit cognitio Latini sermonis ab Ac-
 cursijs, Bartolis, & id genus hominibus interdũ
 perperato

perperam accepti, dum puritatem Latinæ uocis, quam in primis ueteres Iurisconsulti seruarunt, non agnoscetes, sua sibi quique monstra confingunt, à quibus infinitæ propè controuersie subortæ, difficilem eam scientiam reddiderunt, quæ præ paucis & minime obscuris literis continebatur. Ad hæc tua illa antiqua philosophiæ studia, & præsertim dialecticæ, magno tibi adminicula erunt. Omnis enim lex non solùm principis uoluntate, sed etiam ratione munita est, quæ tunc rectè dignoscitur, cum ex iusticiæ fontibus hauritur, & ab omni sophismatum labe perpurgatur. Hæc igitur studiorum rationem ingressus, nec labori nec sumptibus parces ullis, honestum esse arbitratu hominibus Gallicis non ignorare quid de iure respondeant, speransque posse te hac ratione magis prodesse reipublicæ, quam si perscrutatus fueris, quoniam pacto elementa in structura corporum commisceant sese, aut qua ui, & quomodo cælestes globi circumferantur. Nam cum ex omnibus rebus humanis nulla sit societate & civili cultu præstantior, eaque conseruari non nisi legibus possit, fatebimur maximè ad rempublicam pertinere legum scientiam, si quis ad eum scopum eam dirigat, ad quem initio suadente natura directus est. Ego autem quantum in ea fuerim assecutus, affirmare non audeo. Scio me olim Dolæ non mul-

nō multū quidē tēporis, sed laboris plurimum po-
 fuisse. Suadebat. n. ipsa natura & ætas, uitare om-
 nes ambages, atq; circuitus, & ad uarietate rectā
 contendere. Itaq; feci quod nonnulli peregrē pro-
 ficiscentes facere consueuerunt, qui uerentes, ne
 sibi uaticū desit, iter accelerant, uiarumq; longi-
 tudinē studio ac diligentia uincūt. Quicquid autē
 sum consecutus, in promptu semper fuit & futu-
 rū est, ad eorū utilitatē, qui mea opera uti uolue-
 rint: quā si omnibus debeo fidelē ac diligentē, cur
 non debeat eis qui de me benemeriti fuerint? Scrip-
 si fortasse plurib. quā necesse fuerit de legali stu-
 dio. Quod autē Io. Surrinus noster mihi salutē ad-
 scripserit, est id quidem mihi gratissimū: sed certē
 multo gratius fuisset, id si sua manu facere maluis-
 set. Tu & illi uicissim meo nomine S. P. dices: &
 præterea significabis, me non alios cōuictores re-
 cipere, quā studiosos: tū cōmunicabis huius epi-
 stolæ exemplū. Illum quidē ob eius doctrinā sin-
 gularem, summā deniq; morū integritatem iā pri-
 dē amo. Gesnero uerò rescribo, simulq; subulonā
 tria capitalia cornua mitto. Cura ut per Petrum
 Mechliniēsem Tigurū statim mittatur. Hero autē
 tuo et uxori eius cōmendari cupio: amicis porrō

amnibus: in primis D. Calio S. & Gilberto

Caffo S. P. Nozerethi, cal.

Aprilis. 1560.

GILBER.

GILBERTVS CO

GNATVS NOZER E-
nus N. & D. Ioanni Tornon-
do S. P.



NON sefellisti opinionem meam uir
prudentissime, qui inhibitorias lite-
ras è tribunali tuo surreptas iustis-
simis de causis reuocasti. Utinam ita
facerent ceteri, qui Metropolitanas occupant se-
des. non. n. tot lites ex litibus sererentur, tanto citè
pauperum incōmodo, qui per uarios anfractus,
super quouis articulo longè à proposita causa di-
stracti litigare coguntur. Est quidem (ut scis) legi-
bus amica simplicitas, atq; ille plerumq; perspi-
cùè & eleganter scriptæ sunt. Sed peruersa homi-
nū ingenia ambitioni & auaritiæ dedita eas con-
fundūt, atq; implicant, ut ueluti oracula ciuitatū
soli ipsi iurisperiti consulantur, ingentesq; opes
ex aliena iactura conquirant. Itaq; equi & sapie-
tis iudicis est reiectis calūnijs ueritatē amplecti, at
que in primis meminisse leges non ad controuer-
sias excitandas, sed tollendas à sapientissimis uiris
conditas fuisse. Quòd quum abs te diligenter ob-
seruari uideā, tibi gratulor immortalesq; ago gra-
tias huiusce boni & pauperis sacerdotis uerbis,
quē sanctissimo tuo iudicio magna molestia libe-
rasti.

EPISTOLA.

51

raſti. Quanquam enim aduerſarius ille ſuus ad a-
 lium iudicem (ut audio) prouocauit: puto tamen
 te illius prouocationem iure optimo reſuſſe ac
 reieciſſe. N. integrũ fuit priuſquã tertius iudex in-
 hiberet de principe cauſa cognoſcere, quod equi-
 dem fecit perlibẽter iuſtitie in primis ſtudio: de
 inde ut principi ſuo obtemperaret, cuius antiquũ
 eſt inſtitutũ ſacerdotes bene moratos quibuſcũq;
 poteſt beneficijs ornare ac proſequi. Quod ad
 nos attinet, uelim tibi perſuadeas me omnibus in-
 rebus que ad tuam dignitatem pertinebũt ſtudio-
 ſſimũ ſemper futurum, quod cum uetus neceſſi-
 tudo inter nos, tum tue multe maximeq;
 uirtutes poſtulant. Vale Nozere

thi, Septimo Cal.
 Septemb.

FINIS.

BASILEAE APVD HEN-
 RICHVM PETRI, ANNO
 SALVTIS HVMANAE
 M. D. LXII.

1481626

OCN 792777107

1. The first part of the document
 describes the general principles
 of the system and its objectives.
 It is intended to provide a
 clear and concise overview of
 the project and its goals.
 The second part of the document
 details the specific tasks and
 responsibilities of each team
 member. This section is
 designed to ensure that all
 team members are aware of
 their roles and the overall
 direction of the project.
 The third part of the document
 outlines the timeline and
 milestones for the project.
 This section is intended to
 provide a clear and concise
 overview of the project's
 progress and to ensure that
 all team members are aware
 of the project's schedule.
 The fourth part of the document
 discusses the resources and
 budget for the project. This
 section is designed to ensure
 that all team members are
 aware of the project's
 financial status and to ensure
 that the project is completed
 within the allocated budget.
 The fifth part of the document
 discusses the risks and
 challenges associated with the
 project. This section is
 intended to provide a clear
 and concise overview of the
 project's potential risks and
 to ensure that all team
 members are aware of the
 project's challenges.
 The sixth part of the document
 discusses the communication
 and reporting structure for
 the project. This section is
 designed to ensure that all
 team members are aware of
 the project's communication
 and reporting requirements.
 The seventh part of the document
 discusses the conclusion and
 next steps for the project.
 This section is intended to
 provide a clear and concise
 overview of the project's
 progress and to ensure that
 all team members are aware
 of the project's next steps.
 The eighth part of the document
 discusses the appendix and
 references. This section is
 designed to provide additional
 information and references
 related to the project.